

Vincentii castellani Starogrodensis sententia pro
episcopo Wladislaviensi, super Kiczko villa episco:
pali.

70

In nomine Domini amen. Nos Vincentius castel:
lanus Starogrodensis, et Joannes dictus Haglach
per religiosum et discretum virum fratrem Bertol:
dum de Ende, ordinis fratrum sancte Marie hospita:
lis domus Theutonice, in causa que inter Nicolaum
dictum Bank et consanguineos ipsius ex parte
una, et venerabilem in Christo patrem dominum
Mathiam, Dei et sancte sedis apostolice providentia
Wladislaviensem episcopum, et capitulum ipsius par:
te ab altera, super hereditatis parte Kiczko, que
Sowie vulgariter dicitur, iudices delegati, visis, au:
ditis et intellectis, iuribus, allegationibus, et proba:
tionibus utriusque partis hinc inde propositis, quia
invenimus, quod idem dominus episcopus et ca:
pitulum suum, predictam partem hereditatis ius:
te tenuit et possedit, et sufficienter suam esse
probavit, id circo iustitia exigente, parte utraque
presente, Domino invocato, communicato consilio
militum, in presentia dicti commendatoris diffini:
endo, pronuntiamus prefatam partem hereditatis
ad dictum dominum episcopum et capitulum ipsi:
us pertinere, absolventes ipsum dominum episco:
pum et capitulum suum ab impetitione Nicolai
memorati, et suorum consanguineorum, ipsis super
eadem parte hereditatis perpetuum silentium impo:
nentes. In cuius rei testimonium presentes literas
predicto

prædicto domino episcopo et capitulo ipsius dedimus,
nostris sigillis sigillatas. Actum et datum in Brest
in die sancti Venustai, anno Domini millesimo tre:
centesimo tricesimo nono. Presentibus discretis vi:
ris Joanne Wladislaviensi, Alberto Brestensi par:
latino, Joanne Wladislaviensi, Nasengueno dicto
kolaczek Brestensi iudicibus, Joanne dicto Sto:
banczek subagazone Wladislaviensi, et Jacando sub:
dapifero Brestensi, cum ceteris fide dignis testi:
bus ad prædicta vocatis et rogatis.